Vires, Usus, Dosis.

SIngulis diebus ad tempus aliquod exhibitum, calculum resolvit & expellit, nec non omnem tam Renum quam Vesicæ mucilaginem insensibiliter educit. Dosis Cochl. j. in vehiculis specificis.

LIXIVIUM TINGENS.

℞. *Lixivii Sarmentor. vitis* Lib. ij.
Rad. Bryoniæ
Chelidoniæ
Curcumæ ana Unc. s.
Croci Lilior. alb. Drach. ij.
Flor. Verbasci
Stæchad. citrin.
Genistæ
Hyperici ana Drach. j.
Coquantur simul, & fiat lixivium clarum, ut est artis.

Vires & Usus.

CApillos colorat, clarificat, & flavos facit: sed crines crebrò lavandi sunt cum hoc lixivio, donec perfectè tingantur.

SECTIO XXIX.
DE
BALNEIS.

BALNEUM ARTIFICIALE, UBI Thermæ naturales desunt.

℞. *Sulphuris citrini* Lib. iij.
Salis marini
Rad. Pyrethri ana Lib. j.
Tartari albi

Nitri

Nitri ana Lib. s.
Bac. Juniperi
Lauri ana Unc. vij.
Lumbricor. terrest. Spir. vini lotor. & exsiccator. Unc. vj.
Herb. Rorismarini
Salviæ min.
Majoranæ
Spicæ nost.
Hyssopi
Chamæ pyt.
Thymi ana Unc. j.
Flor. Chamomillæ
Verbasci
Meliloti
Hyperici ana Unc. s.

Coquantur in aq. ad balneum, ut est artis.

Vires & Usus.

BAlneum hoc sæpius repetendum: Membra enim paralytica recreat, partes nervosas calefacit, exsiccat roborat, pristinæque motioni restituit. Præmissis tamen universalibus & particularibus evacuationibus.

BALNEUM CONTRA STERILITATEM SEU difficultatem imprægnationis probatum.

℞. *Rad. Rubiæ tinct.*
Petroselini
Polypodii
Valerianæ ana Unc. iij.
Sem. Ruæ sylvest.
Lolii ana Unc. ij.

Fru-

Frutic. virid. Juniperi Unc. j.s.
Herb. Matricariæ
Serpilli
Melissæ
Artemisiæ
Fumariæ ana Unc. j.
Majoranæ
Lavendulæ
Agrimoniæ
Meliloti
Verbasci ana Drach. vj.
Calaminth.
Chamomillæ
Origani ana Unc. s.

Coquantur omnia crassiusculè incisa & contusa ex aqua in lebete magno, donec pars tertia consumpta fuerit, & f. l. a. Balneum.

Vires & Usus.

HOc decoctum unà cum herbis, radicibus & seminibus in labrum projice, & in eo mulier sterilis, postquam per menstrua probè est mundificata, umbilico tenus sedeat, ac ibi totum inferiorem ventrem blandè foveat, 12. Dies continuando: De tertio autem in tertium diem Balneum renovetur, & hoc tempore se non conjungat viro, sed post elapsos 12. Dies: Et ex hujus Balnei usu multæ steriles factæ sunt proliferæ. Ex Balneo autem exiens mulier corpus benè tegat pannis, ne ab aëre externo frigido lædatur.

BALNEUM STIPTICUM, CONTRA Uteri Hæmorrhagiam probatum.

℞. *Aluminis crudi* Lib. ij.
Rad. Plantaginis

Tor-

Tormentillæ	
Acori aquat.	
Bistortæ	ana Unc. iiij.
Cort. Rad. Acaciæ	
Granatorum	
Gallarum Turcic.	ana Unc. iij.
Flor. Rosarum rub.	
Balaustiarum	ana Unc. ij.
Herb. Sanguisorbæ	
Bursæ pastor.	
Salviæ min.	
Millefolii	ana Unc. j.

Coquantur beneficio ferri seu chalybis ignitiin[illegible] aquæ pro Balneo, ut est artis.

Vires & Usus.

IN hoc Balneo, decenter calido, mulier semel in die, ma[illegible] nè scilicet, jejuno ventriculo, per horam unam atq[illegible] alteram, usque ad umbilicum, per aliquot dies continuan[illegible] do, sedeat, & post Dei providentiam certissimè liberab[illegible] tur.

BALNEUM CONTRA MENSTRUORUM suppressionem probatum.

℞.	*Rad. Artemisiæ rub. cum toto*	Unc. iiij.
	Angelicæ hort.	
	Rubiæ tinct.	
	Asparagi	
	Apii	ana Unc. ij.
	Sem. Petroselini	
	Bac. Juniperi	
	Lauri excort.	
	Myrrhæ rubræ	ana Drach. j.

Herb.

Herb. Centaur. min.	
Sabinæ	
Pulegii	ana Unc. j.
Fœniculi	
Serpilli	
Melissæ	ana Drach. vj.
Absinthii	
Chamædr.	
Marrubii	
Parietariæ	
Nipetæ	
Mercurialis	
Rorismarin.	ana Unc. s.

Bulliant omnia in vase magno, in aq. fluviat. s.q. ad consumptionem tertiæ partis, & ponantur in semicupio pro Balneo.

Vires & Usus.

IN hoc desiderat mulier, usque ad umbilicum, perduret autem in hoc Balneo per horæ dimidium, deinde se recipiat cubitum, & exsiccetur: Non verò semel utendum, sed ter vel quater singulis septimanis repetendum.

BALNEUM IN ICTERITIA AD Cutem detergendam expertum.

℞.	*Tartari albi*	Lib. j.
	Rad. Ireos florent.	
	Hermodact. alb.	
	Sigilli Salomon	ana Unc. iiij.
	Fabarum integr.	
	Lupinorum	
	Hordei integr.	ana Drach. ij.
	Fol. Visci quercin.	Unc. js.

Herb.

Herb. Absinthii
Malvæ min.
Parietariæ
Chelidoniæ
Saponar. ana Unc. j.
Flor. Centaur. min.
Chamomillæ
Nenuphar. ana Unc. s.

Fiat l. a. decoctio pro Balneo.

Vires & Usus.

IN hoc Balneo natet patiens; egressus verò è Balneo confestim se in lectum recipiat, ac sudet in eo, per spatium unius horæ, manè continuando per aliquot dies.

BALNEUM CONTRA CALCULUM Renum & Vesicæ.

℞. *Rad. Althea*
Malvæ ana Unc. iij.
Petroselini
Ononid. ana Unc. ij.
Verbenæ
Eryngii
Fæniculi
Rubi ana Unc. js.
Bac. Lauri excort.
Sem. Lini ana Unc. j.
Flor. Malvæ arbor. Drach. vj.
Herb. Chamomillæ
Tanaceti
Anethi
Melilotì
Verbascì

Parie-

℞. *Parietariæ*
Saxifragiæ
Quinque folii
Violariæ
Fragariæ ana Unc. s.

Vires & Usus.

IN hoc Balneo sedeat æger, tantisper dum vehementibus doloribus torquetur. Quo uti post alias evacuationes est saluberrimum: Et eo ipso tempore, quo æger in Balneo residet, potiones calculum frangentes exhiberi possunt.

BALNEUM MEDICAMENTOSUM, sive lotio pedum.

℞. *Lap. medicament.* Unc. iiij
Aluminis plumosi Unc. iij.
Cort. int. virid. Sambuci Unc. ss.
Herb. Eubli Unc. j.
Artemisiæ
Pentaphyll.
Hyperici
Anethi
Callitrich. ana Drach. vj.
Cener Lig. Guajaci
Sal. Communis ana Unc. s.
Coq. in aq. fluviatili pro Balneo pedum.

Vires & Usus.

TRansfundatur in vias, in quo pedes consistere poterunt. Hi autem tam altè lavacro insistent, ut excedat; Sic tam in Scorbuto, quam aliis morbis &c. tumores pedum depellit: Sed immorandum ad horas duas

vel tres, & continuetur triduum vel quatriduum ma-
ſtomacho jejuno; poſtea abstergantur pedes linteo.

BALNEUM NITROSUM
pro pedibus.

℞.	*Nitri opt.*	Lib. s.
	Salis marini	Unc. iij
	Flor. chamomill.	
	Malvæ arb.	
	Roſar. rub.	ana Unc.
	Herb. Betonicæ	
	Origani	
	Salviæ	
	Rutæ	ana Unc.

Miſc. coq. & f. Balneum pro pedibus.

Vires & Uſus.

HOc utatur æger manè & veſperi: Extrahit enim humidam pituitę materiam in articulis hærentem, nec non humores ex ſupernis partibus ad infernas ducit, quos deinde linteo puro absterges.

BALNEUM HYPNOTICUM
pro pedibus.

℞.	*Cort. Rad. Mandragoræ*	
	Hyoſcyami	
	Malvæ min.	ana Unc. j
	Herb. Violarum	
	Melilot.	
	Lactucæ	
	Solani	
	Anethi	ana Unc. s.
	Cap. Papav. alb. cum ſem.	No. xj

Flor

Flor. Nymphæ
Verbasci
Chamomillæ
Rosarum ana Drach. ij.
Spong. in arbusto Rosar. natæ Nro. j.

Vires & Usus

HÆc lotio pedum, fiat vesperi ante cibum vel ante ingressum lecti, sic lassitudinem discutit & somnum suaviter conciliat: Non autem pedes rursus abstergendi; sed linteo humido involvendi sunt.

SECTIO XXX.

De VESICATORIIS.

VESICATORIUM IN DOLORE CAPITIS & dentium, occipiti post aures applicandum.

℞. *Theriacæ Venet.* Scr. ij.
Cantharid. demptis alis & capitibus
Ping. Leporis ana Drach. s.
Rad. Pyrethri
Nuc. Moschat. ana Scr. j.

Misc. & cum s. q. Fermenti fiat l. a. Vesicatorium in parte, ubi dolores.

VESICATORIUM ALIUD IN Cephalæa, &c.